

The *Lucula noctis* Project
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/LN/index.html>)

Christianus c

Si vero non ex integro sed sine crimine sequitur Christum,
licet non perfectus sit, est tamen verus Christianus,
de quo idem prosequitur in eodem, dicens:

“Ipse est Christianus qui in domo sua

peregrinum se esse cognoscit.

Patria nostra sursum est, ibi hospites non erimus.

Ceteri ergo multi solis vocibus et quibusdam signis
exterioribus falsis hoc sibi sancte religionis nomen usurpant.”

Lucula noctis, 15 (E. Hunt ed., p.127, ll.50-57).

Ipse est Christianus quia et in domo sua

peregrinum se esse cognoscit.

Patria nostra sursum est, ibi hospites non erimus.

Augustinus super Psalmum XXXII.

Manipulus florum, Christianus c

Ipse est christianus, qui et in domo sua

et in patria sua

peregrinum se esse cognoscit.

Patria nostra sursum est, ibi hospites non erimus.

Augustinus Hipponensis, *Sermo CXI.*, 4 (C. Lambot ed.,
Revue Bénédictine 57, p.116, ll.113-115).